

oris decreto hoc casu est opus, quo non tam bonis ei interdicitur, quam prodigis declaratur, eidemque bonis interdictum esse significetur. Quod si vero de prodigalitate alicuius notorie omnibus constet: superuacuum erit; cum, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando, & dissipando profundit, prodigum a magistratu declarari, eique bonis interdicti.

- 9 Sic quoque non refragatur textus in prædicta l. his, qui 13. §. Dnus Pius, 2. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, &c. ubi dicitur, quod Diuus Pius matris querelam de prodigis liberis admisit, iusseritque, ut illi in cura essent: atqui si ipso iure prodigi fuissent, bonisque eis lege interdictum: non amplius fuisset opus matris querela, nec digna, ut ab Imperatore admittetur. Nam ista l. non de interdictione bonorum, sed de datione curatoris agit: Quamuis enim illic filijs prodigis ipsa lege bonis interdictum fuerit: quia tamen interdictionem illam spernebant, eaque non obstante, bona sua profundere, ac dissipare pergebant: ided de hac ipsorum prodigalitate cõque- sta est mater, petijtque non bonis, liberis interdicti, sed curatorem illis constituit.
- 10 Similiter non obstat c. veritatis. 8. ext. de dolo, & contumac. ubi notorium erat, Episcopum dilapidare bona Ecclesiæ, sicque prodigum esse: & nihilominus tamen Pontifex decernit, prius hoc examinari, deinde re cognita bonis interdicti fas esse. Præterquam enim, quod negatur; Episcopum, de quo ibi agitur prodigum fuisse; cum non sua (quod definitio prodigi exigit, de qua in l. prima, ff. de curatoribus furioso, &c.) sed aliena, Ecclesiæ videlicet bona, profuderit: etiam non inepte respondetur, quod quamuis Episcopus prodigus fuisset; non ta-

men notorie fuisset prodigus. Tum quia publica duntaxat fuit fama, Episcopum illum prodigum esse, ut in ipso textu dicitur, ibi publica prædicabat infamia, &c.

Tum quia illic Inquisitione, & causæ cognitio fuit adhibita; que non in notorijs, sed in obscuris solummodo adhiberi solet. Tu etiam quia ibidem Episcopo non fuit bonis interdictum: sed is ab officio fuit remotus, & quidem non ob scilicet bonorum Ecclesiæ profusionem, verum ob alia etiam crimina, ut ex ipso textu euidenter constat.

11 Præterea non reficit formula interdictionis à Prætorè factæ, quæ extat apud Paulum lib. 3. sentent. tit. 4. his verbis concepta: Quando tibi bona paterna, auitaque nequitia tua dispersis, liberoque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ære commercioque interdicto. Nam formula isthæc ad eum pertinet prodigum, quem talem esse manifestè, & notorie nondum liquet. Huic enim decreto tolerere bonis interdicti, liberaliter conceditur.

Ex quibus omnibus perspicuum euadit; notorie prodigum ipso iure bonorum administratione, citra vllum factum aut decretum Iudicis priuari. Atque hanc conclusionem tenent Petrus de Bellapertica, Raphael Cuman. Imola, & Donellus in dicta l. is, cui 6. ff. de verborum obligat. Ioan. Faber. in dict. §. furioso, 3. Instit. de curatoribus. Bald. consil. 259. & seq. lib. 2. & consil. 287. lib. 5. Dn. Collega Bocer. in tract. de inuestitura feud. cap. 3. n. 36. & seq. Stephanus Berctoldus in tract. de processu. l. d. th. 87. Arumæus exercitat. Iustin. 1. th. 7. lit. D. Fachineus lib. 2. controuers. iur. par. 1. c. 63. & nonisimè, lib. 1. variat. resol. iur. cit. tract. 4. q. 20. Illamque & nos defendimus ad d. §. furioso. 3. Instit. de curatorib. nu. 7. & seqq. Harprec.

12 Et quid si Princeps concedat alicui facultatem testandi, an ille poterit testari, non seruatis solemnitatibus à iure requisitis.

Ex Additionibus.

- 1 Cur Hæreticis, & his ereditibus, testandi facultas adimatur.
- 2 Hæreticis inter liberos orthodoxos testari potest.
- 3 Apostatis vtraque testamenti factio adempta.
- 4 Hæretici qui appellentur.

QVÆSTIO XXXIV.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas.
- 2 Intestabiles ad iure scilicet qui non possint condere testamentum, an etiam sint intestabiles passiuè, ut scilicet non possint capere ex testamento.

ADDITIONES.

1 **V**T est hæreticus.] Et quod hæreticus habet potest testari, speciale est, ut dixi supra q. 24. in apostill. signata littera B. Giachar.

2 **V**T est hæreticus.] Hæreticis, ijsque credentibus testandi facultatem ademptam esse, apparet ex l. Manichæos. 4. §. ergo. 5. & auth. credentes, C. de hæretic. & manichæis. Huiusque præcipua ratio est: tum criminis ipsius atrocitas, cuius iniuria ad omnes pertinet: unde & publicum crimen dicitur. d. l. 4. §. 1. C. eod. tum omnium bonorum publicatio. d. l. 4. §. 1. C. dict. tit. latè, post alios, Dauth. in tractat. de testam. tit. qui testa. face. poss. nu. 242. & seqq. Illisque non immerito ab hominibus sua bona auferuntur, qui Maiestatu diuine honorem debitum detrahunt. Authen. Gazaros,

QVÆSTIO XXXIV.



1 **V**ero, nunquid illa Persona, que alias sunt inhabiles ad testandū, possint testari ad pias causas. Dixi supra q. 5.

2 **Z**tem quæro, nunquid persona, que sunt intestabiles actiue, scilicet, que non possunt facere testamentum, sint etiam intestabiles passiuè, ita ut neque possint capere ex testamento? Respond. in hoc est distinguendū. Nam aut quis est prohibitus testari propter aliquod crimen commissum, ut est hæreticus, & talis nō potest capere ex testamento. Aut est prohibitus testari propter aliquem defectum, qui non cadit in erimen, ut est pupillus, mutus, & huiusmodi, & non prohibetur capere ex testamento. Ita tenet Gloss. in l. is cui,

§. 1. in Gloss. fin. in fin. ff. de test. quam approbant Doctores communiter omnes, ut dicit Aret. in eod. §. 1. col. fin. vers. in glos. vltima.

3 **I**n proposito huius materiæ, quæro, si Princeps concedat alicui facultatem testandi, nunquid iste poterit testari, non seruata solemnitate à iure requisita? Respo. aut ille, cui Princeps concedit facultatem testandi, est alias de iure communi inhabilis ad testandū, & tunc facultas intelligitur seruata solemnitate iuris cõis. Aut verò talis facultas est concessa alicui, qui sit habitus ad testandū: & hoc casu, concessio quod aliquid operetur, intelligitur absq; solemnitatibus iuris cõis. Ita distinguit gl. in l. si quando, in glo. 1. C. de inoffic. test. & dicit Alber. in dict. l. si quando, in fin. princ. quod hæc opinio, & distinctio communiter tenetur, ac seruatur. Dicit etiã Dec. in l. Eunuchis, post nu. 15. C. qui test. fac. poss. quod eã gl. communiter Doctores sequuntur

4 **C.** de hereticis, &c. Si tamen pater hæreticus inter liberos orthodoxos testamentum fecerit, id iussum per text. expressum in Nou. 115. c. 3. §. si quis de prædi. 14. vers. genera litera utè prouidèdū, &c. & Nouell. 144. capit. 1. Retiner. in tract. de iure test. par. 2. c. 46. nu. 20. & seq. quæadmodum autè hæreticis, ita & apostatis lege adèpta est testamenti factio, tam passiuè, quã actiuè: adeo, ut nō modo ipsi testamētū facere nequeat (siquidem nec bona habent, de quibus testari possint: quippe quæ ipso iure confiscata intelliguntur, cap. rum secundū 19. extr. de hæretic. in 6.) sed & nemini hæreditate succedat, ac insuper à testimonijs dicendis repellantur. l. hi, qui sãctã. 3. & l. seq. C. de Apostatis. Bonifac. de Vitalibus, in tract. de maleficijs, sub rubr. de Apostatis, nu. 2. Appellantur porro Hæretici, qui non credunt,

quæ in Synodis, Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, & Chalcedonenſi decreta sunt, l. quicumque 8. C. de hæretic. Ceterum à Diuo Hieronymo vocantur ij, quicumque aliter scri-

pturam sacram, quam Spiritus sancti sensus flagitat, intelligit, istumque suum errorem pertinaciter defendunt. cap. hæreticis, 27. caus. 24. q. 3. c. dixit 29. caus. 24. q. 3. Harprec.

QVÆSTIO XXXV.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Institutio hæredis in testamento necessario requiritur.

- 2 Et an sufficiat tacita
- 3 Et an valeat testamentum secundum consilium Galli Aquilijs.

Ex Additionibus.

- 1 Hæredis institutio alia expressa, & alia tacita.
- 2 Quibus casibus tacita hæredis institutio inducatur.

ADDITIONES.

QVÆSTIO XXXV.



Idimus, quibus personis permissū sit facere testamentum, & quæ personæ ex testamento capere possint: nunc est videndum, quæ in testamento ipso requirantur. Et in hoc scire debes, quod ex his, quæ de iure in testamentis requiruntur, aliqua sunt, quæ respiciunt formam substantialem ipsius testamenti, ut est institutio hæredis: Aliqua respiciunt formam probatoriam, ut sunt rogatus Testium, ac Notarij, publicatio testamenti, & huiusmodi, de quibus omnibus singillatim videamus.

1 **I**nstitutio.] Aduerte hic triplicem esse institutionem: propriam, impropiam, & impropiissimam: de his vi de per Angel. de Are. §. 1. Inst. de hæ. Inst. & ad de quod si sint liberi, sunt necessario à parētibus instituenti, vel exheredandi, ut valeat testamētum: habetur in l. inter cetera, ff. de liberis, & posthum. vel saltem eis institutionis titulo, quod est honorabilius, aliquid est relinquendum, & de his vide per Durant. de arte testan. tit. 4. cap. 1. ubi nu. 8. c. cõtrario auisat filium facientem testamentum in casibus a iure permissis, ut parentes in aliquo instituunt hæredes, quia illis præteritis testamentum vitibus careret. Et ista est communis. Giachar.

2 **D**uplex est institutio hæredis, expressa scilicet, & tacita. Expressa hæredis institutio est, quæ verbis expressis exprimi solet, hæredes palam. 21. ff. qui test. fac. poss. l. iubeamus. 29. C. de testamēt. Tacita est, quæ ex verborum consequentia colligitur. l. vit. C. de hæred. instituent. & quibuscunque loquendi genere formata fuerit, valet: si modo per ea liqueat voluntatis intentio, ut loquitur Imp. Constantinus in leg. quo-

tuo Caium. Nam hoc casu videtur tacite testator instituisse eum, qui erat illi ab intestato successurus. Quæro nunc, an ista tacita institutio sufficiat ad validitatem testamenti? Respon. Aut ille, qui est tacite institutus, erat persona, quæ de necessitate iuris non debebat institui, vel exheredari, sed erat extraneus: & tunc sufficit huiusmodi tacita institutio ad validitatem testamenti, & substitutionis, & in hoc consentiunt omnes Doct. ut dicit Gulielm. de Benedic. in 2. par. rep. cap. Raynutius, fol. 4. nu. 23. Aut vero iste erat filius, vel alius, qui de necessitate debebat institui, vel exheredari: & hoc casu non sufficit, quod sit eo modo tacite institutus, sed requiritur, quod sit nominatim & expresse institutus: & hæc est communis opin. ut attestatur Gulielm. de Benedic. in loco præallegato, num. 23. & seq. Ratio autem differentiæ est. Nam licet vtroque casu videatur testator tacite instituisse eum, quem posuit in conditione; tamen in secundo casu hæc tacita institutio non sufficit: ex quo pro forma traditum est à lege, quod filius nominatim instituatur, vel exheredetur, quæ non potest per æquipollens adimpleri.

3 **H**inc inferitur, quod non valet testamentum conditum secundum consilium Galli Aquilij, scilicet per illa verba, Si filius meus me vivo morietur, nepotem instituo: quia necessaria erat institutio filij expressa: Et hæc est cõis opinio, quidquid dixerit Bart. in l. Gallus. in princ. nu. 5. & illam communem esse attestatur Alex. consil. 108. post nu. 4. vers. prædictis etiam lib. 1. quod est in ea parte duplicatum in consil. 109. nu. 7. lib. 2. Idem Alex. consil. 185. post nu. 17. vers. nec obfert. quod not. lib. 2. & consil. 199. post nu. 12. eo. vol. quem refert Apostil. ad Bart. in leg. Gallus. in princ. sub nu. 5. Idem affirmat Scribentes in d. l. Gallus. in princ. & in specie Alex. post nu. 6. vers. ex prædictis, & Claud. post nu. 10. & Ias. nu. 44.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Institutio hæredis debet esse certa.
- 2 Et quid si nō sit specialiter expressa persona hæredis, sed veniat certificanda per aliam schedulam, vel scripturam.

Ex Additionibus.

- 1 Institutio hæredis certa esse debet.
- 2 Cur persona penitus incerta institui nequeat.
- 3 In testamentis requiritur mentis integritas.
- 4 Quatenus hæredes institui possint, quos testator nunquam vidit.
- 5 An & quatenus sufficiat exprimere nomen hæredis per relationem.



**D**Ebet institutio esse certa. Persona omnino incerta puta, si testator dicat: Qui primus ad funus meus venerit, hæres esto (hæres institui nequit, §. incertis, 25. Inst. de leg. l. quoties, §. hæres, 9. l. in tempus, 72. §. 1. ff. de hæred. instituend. Michael Grass. li. 1. rec. fecit. §. institutio, q. 16. n. 1. & 2.) Cuius ratio assignatur ab Ulpiano in fragm. Inst. tit. 22. §. incerta, quoniam certum debet esse consilium siue iudicium testatis. Eodem facit §. sed nec huiusmodi 27. vers. tutor autem. Inst. de legat. Cum enim nihil æque in testamento requiratur, ac mentis integritas, l. 2. ff. qui testam. facer. poss. dementis autem testamentum non valet; & species amenitiæ videatur, bona magno labore quesita incertæ personæ relinquere; consequitur, incertam plane personam institui non posse. Hiliger in Donell. enucleat. li. 6. c. 17. ad lit. X. Neque movet, etiam si eos hæredes institui possent, quos nunquam testator vidit, §. ult. Inst. de hæred. instit. Siqui dem isthæc incertitudo non est in persona hæredis, sed circa eius accidentia; ut circa faciem, honores, ætatē, & similia; quæ ipsam personam non faciunt incertam. Potest etenim perso-

**A**D hoc autē, ut institutio valeat, plura requiruntur. Primo scilicet, quod sit certa. Item, quod ore proprio exprimat. Item, quod sit iusta, & intelligo iustam, quia si testator habet filium, tenetur illum instituere, & c. Dixi ergo in primis, quod debet institutio esse certa; quia nisi persona eius, qui hæres instituitur, sit certa, testamentum ipsum corrumpitur, l. quoties, §. hæres, ff. de hæred. inst. cū similibus. Quod tamen intellige secundum doctrinam Bart. in l. quidam relegatus, n. 3. de reb. dubijs; quam dicit esse communem Paris. conf. 3. n. 12. & 15. li. 3. Sed quid si testator certum hæredem in testamento suo nominatum non expresserit, illum tamen designauerit per relationem ad aliam schedulam, vel scripturam, in qua sit ipsius hæredis nomen expressum, ita tamen, quod illius persona veniat solum post testatoris mortem certificanda? Certe talis institutio sustinebitur, & ad hoc allegatur Bart. in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demon. Sed advertendum est, quia Bart. ibi loquitur in legatis, & reliquis particularibus, & in illis doctrina Bart. est communiter approbata, ut dixi supra §. le-

gatum, et attestatur etiam Ias. in l. certum, post nu. 1. ff. si certa. qui subdit, contrarium esse tenendum in hæredis institutione; & ad hoc ponderat Bart. in l. fin. in fi. C. de fideicommissis. & dicit, quod opin. Bart. ibi est communis. Sed quidquid dicat Ias. Doctores magis communiter idem sentiunt, etiam in institutione hæredis universalis ut dixi supra questione quarta, versiculo. Sed pone. Et hanc opin. quod valeat huiusmodi institutio implicite facta per relationem ad aliam cedulam dicit esse communem Paris. conf. 19. nu. 13. lib. 3. vbi etiam dicit ita communiter servari Nat. in repet. Auth. quod sine, n. 26. C. de testa. Iudicio meo negari non potest, quin hæc opinio in puncto iuris non modicam patitur difficultatem: nihilominus propter auctoritatem Doctor. illam tenentium, & stante etiam communi observantia non esset ab ea in practica recedendum. Illam tamen intellige, ut procedat, modo liquide constet, illam schedulam, vel scripturam, quæ exhibetur, esse illam, ad quam testator se retulit, alias dispositio esset penitus nulla. Ita dicit Bart. in d. l. si ita scripsero, & ita omnes vno ore concludunt, ut dicit Paris. in allegato conf. 19. n. 26. Vide quæ dixi in d. q. 3. versic. Sed pone.

na de facie multis esse incognita; est ob varias, multipliciq; virtutes, & singularem eruditionem esse notissima, vti tradunt Vultei in §. & vnum hominem, 4. Inst. d. tit. D. Obrecht, disp. 20. th. 177. cum seq. & Arumæus Exercit. Iustin. 8. th. 6. Tametsi alij aliter sentiant, Donell. lib. 6. comment. de iur. cit. c. 17. pag. 52. Cuius in paratit. C. tit. de incert. perso. in fin. & Dn. Colleg. Bocer. class. 3. dif. 4. th. 15. edit. 2. Harprec. b. Illam tamen intellige, ut procedat, & c. Sufficit exprimeri nomen hæredis per relationem ad aliquam schedulam (veluti quia testator dicat: eum mihi hæredē instituo, qui scriptus est in schedula, quam deposui apud Guaridiam S. Francisci, &c.) dummodo aperte constet quod dicta schedula sit scripta manu testatoris. Ita, post Bartolum & Parisium à Claro hic citatos, tenent Io. Crot. in l. i. §. si quis ita, in 2. lect. n. 4. ff. de verb. oblig. Boerius decis. 240. nu. 5. Natta in authent. quod sine q. 10. & 11. C. de test. Ludouic. Zuntus in responso pro vxore, nu. 72. & 76. eosque laudans Grassus d. §. institutio, q. 16. nu. 4. & Thadæus Pijo lib. 2. var. resol. c. 2. n. 2. & 3. vbi id copiosius explanat. Hucq; referri poterunt, quæ annotauimus supra ad q. 4. n. 8. Harpr.

mea comm. op. in verb. institui. sub n. 10. Giach. b. Et ideo si quis interroget testatorem, & c. ] Ut valeat hæredis institutio nihil refert plerique existimant: testator hæredem sua sponte nuncupet, siue proprio ore nominet: an ad alterius interrogationem, voluntatem suam ultimam clare, & intelligenter coram testibus, specialiter ad hoc vocatis, exponat. Idque, post plures alios à se allegatos, explicatius persequuntur Mich. Grass. li. 1. recept. sentent. §. institutio, q. 17. nu. 5. Menoch. conf. 45. lib. 1. & part. 2. lib. 4. præsumpt. 8. num. 5. cum seq. Ioan. Dauth. in tract. de testam. num. 244. pag. 133. cum seq. Fachineus libr. 10. controuers. iur. cap. 17. Gilkenius in l. iubemus, 29. num. 7. & seqq. C. de testament. & Thad. Pijo lib. 2. var. resolut. cap. 2. nu. 16. & seqq. Harprec. c. Quod testamentum. ] Item quod testamentum conditum ab eo, qui intelligibiliter negando respondet sic, valeat, ex quo articulate, & intelligibiliter dicitur loqui: communem vide per Soc. d. conf. 20. lib. 4. & per Cæphal. conf. 546. vbi etiam habes, quæ do quis dicatur loqui articulate. Et dixi etiam in colle. mea comm. opin. in verb. testamentum, nu. 23. Giach. d. Modo testator ipse non sit adeo oppressus morte. ] Institutio hæredis, ad interrogationem alterius facta, an & quatenus valeat, si testator non possit articulate loqui, & morti proximus sit, abunde (vltima Clarum nostrum) declarant Bart. Cyn. Iacob. Butrigar. Angelus Corn. Salicetus, Iason, & ceteri in d. l. iubemus, 29. C. de testam. Vasquius lib. 3. illust. controuers. cap. 101. nu. 5. Grassus d. §. institutio, q. 17. num. 7. & 8. Pijo d. lib. 2. ca. 2. num. 12. cum seq. & Nicolaus Reuffer. in tract. de iure testa. part. 2. cap. 16. Alijque per hos adducti. Harprec. Per gat, est ipse Notarius, qui de testamento debet esse rogatus, & aliqui etiam ex præ allegatis DD. referant gloss. ipsam loqui in tabellione: Alij vero dicunt, quod gloss. primo generaliter loquitur, deinde subdit, maxime si sit tabellio: tamen

in libro meo illa gloss. nullam mentionem facit de tabellione: & iudicio meo magis communis intentio DD. est, quod illa decis. gloss. indistincte procedat, siue interrogans sit Notarius, siue quicumq; alius. Et ita plures ex DD. supra allegatis indistincte affirmant illam esse communem: & multi etiā attestantur, consulentes in casibus, in quibus testator non fuerat interrogatus à tabellione, sed ab alio extraneo, & in specie Ruin. conf. 2. nu. 8. li. 2. & quod circumscriptis his, qui loquuntur in Notario interrogante, sit etiam longe magis communis opin. tenentium generaliter, tam in alio interrogante, quam in Notario, attestatur Corn. conf. 77. in littera D. li. 4. Hanc etiam conclusionem nonnulli extendunt, ut procedat, non modo si Notarius specialiter de ipso hærede tantum testatorem interrogauerit, sed etiam si totum testamentum in scripturam redactum testatori legat, & deinde testator generaliter interrogauerit, an ita testari velit. Et ita loquitur Ar. et. in Inst. de testam. in princ. post num. 15. vers. Nota istam. vbi dicit, quod ita tenent commun. Doct. quem refert Gratus conf. 30. nu. 20. lib. 2. Sed certe licet forte propter auctoritatem tot Doctorum difficile esset in practica obtinere contra opin. illius gl. mihi (vt verum fatear) illa nunquam placuit: quia negari non potest, quin eam tenendo sit aperta via fraudibus: & aliquando dicebam maxime de Republica futurum, si Cæsarea constitutione caueretur, ne huiusmodi testamentis, quæ ab infirmis ad alterius interrogationem conficiuntur, aliqua fides adhiberetur: nisi testator saltem per tres dies in bono sensu post tale testamentum conditum supervixisset. Nam sæpenumero ab infirmis fere statim morituris solent talia testamenta extorqueri: vt ego aliquando in factio contigisse intellexi: & ideo de facili, si casus contingeret, recederem ab illa opinione tam iudicando, quam consulendo. Scias ergo in primis, quod ista conclusio gloss. quæ habet, quod testamentum, & institutio valet, quando testator alio interrogante, an velit talem instituere, respondet, quod sic: restringenda est, ut procedat, modo si testator ipse non sit adeo oppressus morte, quod articulare loqui non possit, sed habeat adhuc bonum sensum, & bonam memoriam, alias secus. Et ita loquuntur omnes DD. supra allegati, vt per te videre poteris, & in hoc nemo dubitat. Item scias, quod dicta conclusio non procedit: vbi talis in interrogatio fieret à persona suspecta, & qui est in ultimo mortis articulo constitutus: nam eo casu, attenda qualitate interrogantis, & statu interrogati, resultat vehemens suspicio, quod testator potius ad suggestionem, & importunitatem illius ita responderit, quam quod talis esset eius voluntas. Et ita hoc casu sequenda esset opinio Alber. Papin. quam his duobus concurrentibus dicit esse magis communem Soc. iun. in d. conf. 183. nu. 27. & seq. lib. 2. vbi etiam refert Guliel. Ponta. idem attestantem in l. i. §. si quis ita. col. 6. vers. Limitatur tamen, ff. de verb. oblig. Tertio scias, quod illa gloss. & comm. opi. restringenda est, ut procedat, quando testator prius exposuerat voluntatem suam Notario, qui eam redegit in scriptis, postea redit ad testatorem, & illa lecta, eum interrogat, an velit ita testari. Nam eo casu si responderit, quod sic, utique valet, quod gestum est. Et hanc dicit esse communem declarationem, & limitationem Bello. conf. 74. n. 14. Sed si quis iniussu testatoris testamentum aliquod ordinauerit, & postea coram ipso, & etiam coram testibus lecto tali testamento interroget testatorem, an ita velit, & testator respondeat, quod sic: tale testamentum nihil penitus valebit. Et ita communiter tenetur, vt dicit Bertr. conf. 194. nu. 3. lib. 3. in 2. parte. Soc. iun. in d. conf. 83. n. 32. Et licet Alex. in d. l. iubemus, & Dec. in d. conf. 489. & alij etiam superius alleg. in vers. Sed quid si Notarij. asse-

QVÆSTIO XXXVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Testator debet hæredem ore proprio nominare.
- 2 Et quid si Notarius nominet ipse hæredem, & interroget testatorem, qui respondeat quod sic.
- 3 Et quid si id fiat ab alio, quam à Notario.
- 4 Et quid si Notarius testatorem non specialiter de hærede ipso, sed de toto testamento interroget.

ADDITIONES.

QVÆSTIO XXXVII.

**O**Re proprio nominet. Item quod institutio hæredis nominandi per Titium sit inanis, communē vide per Cardin. Paris. in conf. 38. n. 5. i. vol. 3. & idē si ego instituo, vel substituo aliquem hæredem, si vxor mea pariat masculū, & vxor mea decedat in

- 5 Et quid si testator articulate loqui non possit.
- 6 Et quid si talis interrogatio fiat à persona suspecta.
- 7 Et quid si huiusmodi testamentum scriptum sit iniussu testatoris.
- 8 Et quid si testator prius aliud testamentum valianum consecisset.

Ex Additionibus.

- 1 An valeat hæredis institutio, ad alterius interrogationem facta.
- 2 Et quid si testator non possit articulate loqui, mortique sit proximus.
- 3 Num testamentum primum solemniter confectum, per secundum, ad interrogationem alterius factum, tollatur.

pore testamenti exprimat nomen hæredis, & ipse testator verbis profiteatur se eum agnoscere, nunquid valebit institutio? Resp. Alber. Papien. tenuit, quod non: sed quod omnino requiratur, quod testator ore proprio nominet ipsum hæredē Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo talis institu-

partu, & ex ipsius ventre extrahatur masculus viuus, haud dicitur adimpleta conditio illa, quinimod defecta: adeo vt institutio locum habeat nullum, text. est in l. anniculus li. 1. §. 1. ff. de verb. sign. quem ad hoc not. esse dicit Iac. de S. Geor. in l. reprehendenda, in fi. C. de inst. & substit. & hæc dixi etiam in collemea